

www.e-rara.ch

Antonini Liberalis Transformationum congeries

Antoninus

Basileae, 1568

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-153>

Vere nobili viro Georgio a Stetten iuniori, patricio Augustano, summa, sibi observantia colendo, Guilielmus Xylander Augustanus, s.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

VERE' NOBILI VI
 RO GEORGIO A' STETTEN iu-
 niori, Patricio Augustano, summa, si-
 bi obseruantia colendo, GVILIEL-
 MVS XYLANDER Au-
 gustanus, S.



VM opusculum hoc *M.*
ANTONINI Impe-
 ratoris Romani, eius qui
 Philosophus est usurpatus,
 instinctu *CONRADI*
GESNERI, Medici et
 Philosophi præstantissimi, mihi que summa a-
 micicia iuncti, de Græco Latinum fecissem,
 eiusque iam opusculi adornaretur editio: ut id
 laudatissimo tuo, Vir ornatissime, nomini in-
 scriberem, non vna me impulit ratio. Nam
 & quam grato animo tuæ in me beneuolen-
 tiæ (quam & aliàs, & superiori præsertim
 Maio coram in patria sum expertus sum-
 mam) memoriam colerem, publicè testatum
 facere me posse videbam: & haud parum
 gratiæ tui nominis splendorem huic ipsi edi-
 tioni

tioni conciliaturum iudicabam. Iam cum satis apud me constaret, quis esset tuus de studio sapientiae, deque ijs quæ ad humanitatem spectant disciplinis sensus, quantaque cum diligentia ab ineunte etate in ijs versatus, & bonitate earum cultores sectatoresque complexus semper esses: non verebar, ne non gratum hoc qualecunque meum haberes officium. Ipse quidem certè Liber cum auctoris dignitate, tum eius quam tractat rei præstantia, facilè apud te impetrabit, ut eum tua dignere tutela. de meo labore dicā postea.

Scriptum esse ab ANTONINO Philosopho Imperatore hoc opusculum, id in Annotationibus nostris demonstrauimus: ut hinc ea repetere, quæ ibi diximus, nihil attineat.

Potissima verò Philosophiæ capita secū meditatam esse hunc tantum Imperatorem, commentatumque diligenter, vel nostris verbis, vel si mauis, Græca ubi legeris, ipse deprehendes. Etenim tamen si verum est, libellos hos Antonini (ut quidem in nostras ij manus peruenerunt) esse mutilos, misereque &

maiore sui parte decurtatos: nihilominus id
 in promptu est, grauissimas in his ipsis extare
 de ferenda conditione humana, de contemnē-
 da morte, de societate humana tuenda, de ve-
 ra beatitate, de causis miseriarum humanarū,
 alijsq; id genus compluribus Philosophiæ ca-
 pitibus disputationes, easdemq; iuxta argutas,
 & exemplis comparationibusq; appositissi-
 mis perpolitas. Nec absimile est nostri auto-
 ris genus philosophandi, ei quo vsus esse E-
 picтетum (qui etate Antoninum non ita
 multum antecessit, cuiusq; se vsus præce-
 ptis noster ingenuè præ se fert) Arrianus me-
 moriæ prodidit. Floruit enim circa illud tem-
 pus ut cunq; studium sapientiæ, cum ipsi Im-
 peratores aut colerent philosophiam, aut certè
 eius sectatores non aspernarentur. Quo fa-
 ctum est, ut extiterint permulti doctrina &
 grauitate præstantes viri: quorum partim
 nomina tantum & dicta factaq; aliquot a-
 pud Historiæ scriptores extant, partim scri-
 pta etiam doctissimi & prudentiæ plena no-
 strum ad æuum perdurauerunt. Enimuerò
 Antoninum

Antoninum ego iudico (neque aliter sentire doctos existimo) non id modò his voluisse in commentarijs explicare, quibus ipse in rebus animum suum occupasset, quibusq; præceptis, exemplis & rationibus sese ad hominis, ciuis, Imperatoris, adeoq; Philosophi nomen cum dignitate tuendum informauisset: sed vnà demonstrasse, quæ esset vera atq; expedita ad tranquillitatem animi, & eam quæ homini in hac vita contingere potest, felicitatem consequendâ via: tum quidnam rei esset, cur plerique hominum adeò de natura, suâq; sorte immeritò conquererentur. Quippe hoc modo philosophia neglecta & spreta vlci scitur illos: quorum questus & indignationem sapientissimus poeta Euripides sanè quàm scitè & (vt omnia) eleganter expressit, senem calamitate ictum in scenam producens: qui, cum parum rectè rationes ad vitam tum, cum maximè debuerat, subduxisset, vt incidit in res aduersas, non suæ imprudentiæ culpam agnosceret, sed (qui est mos vulgi) ad futilia & inutilia vota confugeret.

Supplicibus.

geret. Cuius de inscitia hi extant versus, quos adducam, Latine tamen à me redditos, ne in hoc orationis genere peregrinum sermonem interferam:

Eheu, datum non esse & hoc mortalibus,
Iuuenes ut esse bis queat, iterum & senes?
Nam si domi quid secius forte euenit,
Corrigimus illud consilio tamen nouo:
Aeuum retractare haud licet. quòd si re-
dux

Iuuenilis ætas esset, & senium duplex,
Peccata vitæ corrigeremus istius,
Vitæ instituto prouidi melius nouæ.

Capitalis profecto Iphis, & quouis dignus in-
fortunio, qui non presentem vitam præceptis
exemplisq; rectè informandam moneat: sed
aliam optet, qua huius errata emendari pos-
sent. Quanto rectius Theseus ille Euripideus?
cuius hanc sententiam Cicero alicubi refert:

3. Tusc.
Plut. consol.
ad Apollon.

Nã, qui hæc audita à docto meminissim uiro,
Futuras mecum commentabar misérias,
Aut mortem acerbam, aut exiliij mœstam
fugam,

Aus

*Aut semper aliquã molem meditabar mali:
 Ut si qua inuecta diritas casu foret,
 Ne me imparatum cura laceraret repens.*

*At enim è Pphilosophia petendam hanc
 Vitæ institutionem, neque obscurum est, &
 ab alijs multis grauibusque autoribus ita de-
 monstratum, ut meis verbis hoc saltem lo-
 co & tempore res non egeat. Id quidem haud
 temerè videor addere, eam philosophandi
 rationem quam hic noster tenuit (hoc est,
 quæ breuibus præceptis, exemplis, compa-
 rationibusque propositum absoluit) maiori
 hominum parti cum ad intelligendum faci-
 liorem, tum ad tenendum memoria commo-
 diorem esse altera illa, quæ exquisitis disputa-
 tionibus, ingeniosisq; conclusionibus verita-
 tem eruit. quod ipsum eò spectat, ut intelliga-
 tur, quid præsens Liber communi hominum
 Vitæ formandæ cõducere possit. Sed mitto li-
 brum commendare, præsertim cum semel in-
 ceptus legi, facile lectorem retineat: ut verũ
 fore hoc loco nõ dubitem, id quod est scitè ab
 eodem Poeta dictum, Gustu percepto empto-
 rem*

rem allici. De meo labore, & opera quam in conuertendo adhibui, superest vt dicam: et si fidem diligentiamq₃ meam malo doctis collatione facta Græci cum Latino libro æstimãdam relinquere, quàm me aut mea iactare. Neque verò metuo ne quis hanc editionem sit insectaturus, nisi si ij sint extituri, qui librum mutilum, & plerisq₃ locis interruptum interpolatumq₃ indignè sint laturi lectoribus offerri. Quos ego tum deniq₃ audiendos censeo, si integriorem ipsi proferat: alioquin si secundum eos iudicaturi sint docti, efficient vt reliquæ bonorum librorum, quas ipsas meritò gratas habemus, negligantur: imò si maioribus nostris idem fuisset iudicium de fragmentis librorum, aut mutilatis voluminibus, bone Deus, quot & quàm præclaros vtilissimosq₃ libros non haberemus hodie? Sed valeant iniqui isti. Sanè mihi hoc incommodo conuertendi labor mirum in modum est auctus: atq₃ haud scio an ab incepto destitisssem, nisi me & verecundia fallendæ quam dederam fidei, & propositi mei (id autem est prodesse rei publicæ literariæ

terariæ pro virili, eamq̄ ob rē nulli labori vel-
 le succumbere) tenēdi necessitas quædam con-
 firmassent. Latinitati quàm fieri potuit maxi-
 mē in hoc negotio studui: nisi quòd uoces quas-
 dam, tritas illas, & aptas, non tamen vsita-
 tas apud antiquiores, perspicuitatis causa non
 contemsi. Verba appendere ad trutinam neq̄
 volui, neq̄ verò debui. sensum quidem secu-
 tus sum: an autem assecutus sim ubiq̄, aliorū
 esto iudicium. Cur difficile hoc fuerit, multæ
 sunt, neq̄ non manifestæ causæ. Etsi fateor, in
 quibusdam me vel ut diuinarem opus habuis-
 se, vel audacter à codice Græco aut vsu com-
 muni discessisse: quibus locis etsi Annotatiun-
 culis (eram enim occupatior, quàm ut com-
 mentandi ocium suppeteret) aliquando con-
 sului, tamē si cui secus videbitur, nihil moror:
 est enim (ut Bacchylidis utar prouerbio) (la-
 ta via. Tibi autē, vir præstantissime, & cur
 dedicauerim hunc librum, meumq̄ ei impen-
 sum laborem, & cur vtrunq̄ tuæ amplitudi-
 nis patrocinio non indignum fore duxerim,
 commemoravi iam antè. Supererat, ut orare

l te,

te, vt ne hoc meum tui nominis exornādi studium, gratiāq; animi erga te declarandi voluntatem aspernareris: sed tanta est tua humanitas, tantusq; in rei literariæ defensores amplificatoresq; (inter quos me vel extremo loco haberi peruelim) amor, vt certò mihi de te polliceri, non obsecrando in dubium vocare tuam bonitatem debeam. Itaq; labore tui deprecandi supersedendum mihi animaduerto. Ego me tibi, quem singulare patriæ nostræ inclytissimæ ornamentum, Musarumq; benignissimum hospitem noui, studiaq; mea commendo: efficiamq; profectò, nisi maturius nobis aliquid eueniat humanitùs, vt ne tuæ te erga me possit pœnitere beneuolentiæ. Vale.

Heidelbergæ, Kalendis Octobribus:

Anno Salutis 1558.

M. ANTO-